



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmma Diana**

**Diana, Antonino**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Episc. Iurisdict. In Reliquias

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40647**

EPISCOPI IURIS DICTIO  
In Reliquias.

Cum Reliquias admitti non possint, nisi ab episcopo approbentur.

Sciat Episcopus, sufficere moralem certitudinem quod Reliquia sine talis Sancti, ut illas approbare possit.

Et si non posse approbare Reliquias Sancti nondum canonizati, ut venerantur.

Vota autem Theologorum, que requirit Concilium, esse solum cor. ultima. Et posse illa non sequi.

**R**ELIQUIAS, & miracula statuit Tridentinum *sessio. 2. § de reformat. c. de Vener. Sancti* admitti non posse, nisi Episcopus recognoscatur, & approbet, qui simul ac aliquid de iis compertum habuerit, adhibitis in consilium Theologis, & p[ro]uis viris; ea faciat, quae pretati ac veritati consentanea duxerit. Quod si aliquod dubium rave in his rebus occurrat, convocet Consilium provinciale Episcoporum & illorum sententiam expectet, *part. 2. trad. 15. resol. 11.*

**45.** Circa quod decretum adverte primò, ad approbationem Reliquiarum Episcopum non egere evidentia, sed sufficere certitudinem moralem octam extationibus probabilibus; nam alias p[ro]posito quocumque miraculo, semper enim a nebula p[ro]pus dubitationi. Ita Morales *Hisp. l. 17. c. 5. in fine.* Et hic est sensus cap. placuit, de consecrat. distinct. 1. ubi Pontifex eas Reliquias Venerandas asserit, quae certae sunt moraliter, non evidenter. Sanè, qui probabiliter, & non temere credit, dicitur certus, ut notat Naldus *V. Certum, num. 1. Ibid. §. Quaritur primò.*

**46.** Adverte secundò, Episcopum solum approbare posse, quod Reliquiae noviter inventae sint certi Sancti Canonizati; non autem Venerandas, & colendas proponere. Reliquias Sancti nondum Canonizati; unde verba illa Concilii, Reliquias novas exponere n[on] viter experitas. Ita Barbosa *de potest. Episcop. p. 3. alleg. 97. n. 10. contra Lorcam in 3. p. q. 25. art. 6. diff. 97. n. 10. ibid. §. Quaritur secundò.*

**47.** Porro vota Theologorum a Concilio requisita non sunt decisiva, sed tantum consultiva, unde Episcopus contra illa decernere potest: quia ubi consilium petitur, non oportet illud sequi. *l. cum pater §. Mando. do. legat. 2. Ita Bonacina de leg. diff. 3. quest. 1. punct. 4. num. 5. ibidem. §. Quaritur tertio.*

**48.** Vota autem Episcoporum provincialium sint decisiva; quia Concilium verò provincialium petit ab illis consilium, sed sententiam. Ita Sanchez *summ. t. 1. lib. 2. c. 43. n. cisiva.*

**49.** Sufficit verò consensus majoris partis: nam quod major Concilii pars decidit, censetur totum Concilium decidisse *l. quod maior. ff. municip. & cap. Apostolorum. diff. 16.* Ceterum majori Concilii pars debet decidere in Concilio. Alias non sufficit. Ita Morales, *ubi supra c. 12. Ibidem §. Quaritur quartò.*

**50.** Episcopus vigore Tridentiniap. Ettandem, probare potest Reliquias extra Diœcesem approbare secundum Barbolam, *ub. supra n. 14. posse Reliquias h[oc]c] jurisdictio non est contentiosa, quia extra diœcesem.*

EPISCOPI IURIS DICTIO,  
in usum Pontificalium.

**50. INSIGNIA** Pontificalia sunt *Mitra, Baculus pastoralis, Annulus, Scandala Tunicella, Dalmatica, Chirothecæ, & Crux pectoralis. par. 3. tr. 5. resol.* Quanam sint insignia Pontificalia.

**51.** Præter h[oc]c] Archiepiscopus accipit à Pontifice Pallium in insigne dignitatis Archiepiscopaloris, ex cap. nisi, de auctoritate, & usu palii. †

**51.** Circa h[oc]c] primò dubium est, an Episcopus in Pontificalibus celebrare possit extra diœcesem (*Et Villalobos, 10. 1. tract. 18. diff. 9. n. 1.* Respondet affirmativè, quia nullus Canonid prohibet: nec obstat Tridentinum *sessio. 6. cap. 5.* qui loquitur de usu Pontificalium cum aliquo exercitio Episcopali, puta, chrismandi, ordinandi, &c. ut ex contextu colligitur, & exponit Tamburinus *de iure Abbat. 10. 1. diff. 15. q. 14. n. 2.* Adde quod Episcopus ex Tamburino *ibid. num. 1.* celebrare potest in Pontificalibus intra diœcesim in locis exemptis, quæ ut notat Cochier *par. 2. quest. 1. n. 6.* paria judicantur in hac re locis extra diœcesim. Vide Joannem Vansheli *in Clem. de prior. fol. 35. column. 2.* & Alzedum *par. 1. cap. 19. numero. 88.* Sed puto, negativam sententiam Gavant. Enchirid. *Episcop. V. functionis Episcopis, num. 1. 1.*